Morbio 27 (154)

BENEDICTUS PP XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Omnium Saluti paterna charit. intenti, Sacra interdum Loca Spiritibus Indulgarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum Animæ Dni Nri Jesu Xpi, ejusque sanctorum Suffragia meritorum consequi, et illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam Salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Parochialem S. Andreæ Apostoli Loci Fagnani Plebis Rosati Mediolanen. Dioeces, et in ea sit. Altare Confraternitatis Sanctissimi Rosarii simili ad pnis privilegio minime decoratum hoc Spiritali dono illustrare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocunque Sacerdos aliquis Sacris, vel Regularis Missam defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, et Sgtis diebus intra illius Octavam, ac die Sabbati cujuslibet hebdomadæ pro Anima cujusvis Confratris et Commorantis dictæ Confraternitatis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prædictum Altare celebrabit, Animæ ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum Suffragii Indulgentiam consequatur, itaut ejusdem D. N. J. C. ac B. V. M. Atque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus et indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Pro tribus ad Septennium tantum valituris. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCCLVI. Pontificatus Nri Anno Decimosexto.

Gratis pro Deo et Fratre

Pro Dno Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880208911-12/fragment/page=0001

1756

Privilegi pro Ling. Sabb.
1756. die 14 Augusti.

XXIX, 310

Publicandas esse decernimus retrosptas Privilegiorum Apolicas Lrae. Mlani ex Palatio Archiepi
die XX. Octobris MDCCLVI.

J. B. Venturucci V. G.

Pbr. Andreas Calastrus Not. Coadr.

Morbio 27 (154)

V. B. Gebr. Car. Ord.

V. Sforza del Majno Spat. Ord.

Amici 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880208911-12/fragment/page=0002